OTTO KERN

INSCRIPTIONES GRAECAE

TABVLAE IN VSVM SCHOLARVM

BONNAE A. MARCVS ET E. WEBER

TABVLAE IN VSVM SCHOLARVM
EDITAE SVB CVRA IOHANNIS LIETZMANN
7

INSCRIPTIONES GRAECAE

COLLEGIT

OTTO KERN

BONNAE
A. MARCVS ET E. WEBER
OXONIAE: APVD PARKER ET FILIVM
ROMAE: FRIDERICVS PVSTET
PONTIFICIVS BIBLIOPOLA
MCMXIII

INSCRIPTIONES GRAECAE

COLLEGIT

OTTO KERN

BONNAE
A. MARCVS ET E. WEBER
OXONIAE: APVD PARKER ET FILIVM
ROMAE: FRIDERICVS PVSTET
PONTIFICIVS BIBLIOPOLA
MCMXIII

LIBRA
JUN 2 5
UNIVERSITY

CN
360
K47

PRAEFATIO

Usque ad hunc ipsum diem sunt iuvenes antiquitatis investigandae studiosissimi qui tituli cuiuslibet Graeci imaginem oculis nunquam viderunt; sunt qui GUILELMI DITTENBERGERI Syllogen inscriptionum Graecarum vel alios libros utilissimos manibus saepissime triverunt, sed quomodo se habeat litteratura lapidaria plane non intellexerunt. Quorum in usum IOHANNE LIETZMANNIO auctore ERNESTI DIEHLII exemplum haud spernendum secuti inscriptiones Graecas ex ingenti titulorum thesauro elegimus et tabulis phototypicis curavimus repraesentandas. Ab inscriptionibus antiquissimis descendimus ad tempora Christiana quodque saeculum exemplis scripturae idoneis collectis illustrantes. Multorum virorum doctorum auxilium experti sumus ut imagines utiles coaggeremus. At non omnia adepti sumus quae petivimus quod ii homines doctissimi in animo habeant qui huius libri censuram facient. Nonnulla etiam quae in scriniis iamdudum habebam artifices qui has tabulas expresserunt ad usum haud apta esse iudicaverunt. Itaque ordo nonnunquam turbatus est quia novas inserere imagines necesse erat. Fortunae igitur nos committere non raro coacti sumus memores versus veterrimi πλέον ἥμισυ παντός. Nam id semper imprimis curandum erat ut solum imagines quam optimae et pulcherrimae typis mandarentur. Ut exemplum afferam, nulli attribuendum est culpae, quod deest Anaxenoris basis Magnesiae ad Maeandrum reperta, nunc Berolini ob novum Pergamenorum museum aedificandum in horreis abdita. Nec λίθου μετεπιγράφου imaginem idoneam impetrare potui. Attamen spero fore ut exempla a me collata ad Graecorum scripturam illustrandam pro parte sufficiant. Qui plura litteraturae Euclidis anno antiquioris exempla forte desiderant, iis HERMANNI ROEHLII tabulae iam tertium editae praesto sunt. Omnes fere imagines lucis ope ex lapidibus ipsis factae sunt; raro tantum ectypis chartaceis pro lapidibus uti coacti sumus (tab. 6. 32. 40. 46).

Grates mihi agendae sunt sincerissimae iis viris doctissimis et humanissimis qui precibus meis commoti imagines miserunt vel alia officia liberaliter praestiterunt quorum ex numero lubenti animo nomino FRIDERICUM HILLER DE GAERTRINGEN meum, huius quoque operis fautorem et adiutorem, HERBERTUM KOCH qui omnes fere imagines Atheniense misit, LUDOVICUM MEISTERUM, LUDOVICUM PERNIER, BRUNONEM SCHROEDERUM, THEODORUM WIEGAND, ROBERTUM ZAHN qui de titulis Boeotiis ineditis addidit mantissam et adulescentem bonae spei plenum GERARDUM KRAHMER familiarissimum. ALBERTUS REHMIUS qua est benevolentia de titulo egregio Mileti nuper effosso (tab. 8) nos edocuit et ut ipsius verba hic redderem benigne mihi permisit. Neque defuit mihi consilio suo gravissimo UDALRICUS DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF cui diligentius obtemperavissem si nonnullarum imaginum quas mihi indicaverat lucis ope faciendarum fuisset copia.

Halis Saxonum OTTO KERN

TABVLARVM DESCRIPTIO

1. Stela lapidis calcarii Lemnia sexto a. Chr. saeculo non antiquior, a. 0,95; l. 0,40; cr. 0,14 inventa Caminiae, nunc Athenis in museo Nationali. Titulus alter in dextra lapidis parte. Litterae a. 0,05. Nuperrime edidit omnesque libellos de ea conscriptos diligenter collegit C. Fredrich IG XII 8, 1. Titulum Thracium esse mihi persuasit nunc J. Beloch *Griech. Gesch.* I 2 ² p. 52 s.; Iac. Thomopuli Πελασγικά Athenis 1912 nihil proficiunt.

2. Supra tituli Cyprii, qui nunc Oxonii in Ashmolean-museo exstant. Lapis dexter a. c. 0,28, l. c. 0,47; sinister a. c. 0,55, l. c. 0,26. Litteratura Cypria; dialectus ignota. Singula verba punctis dirempta. Ed. R. Meister *Sitzber. Berl. Akad.* 1911 p. 166 ss.

Infra a sinistra *Limestone block, broken below: 2 ft. 8 1/2 in. × 1 ft. 6 3/4 in. × 6 1/2 in. Letters 3/4 — 1 in., above them a line. Points of interpunctuation. Inscription has been inlaid with bronze, portions of which remain* repertus a. 1889 *Poli* (Cypri), editus *Journal of Hellenic studies* II 1890 p. 64 n. 6. Nunc Londini in museo Britannico. Κρεό(ν)τος τῶ Γιλ(λ)τκάϝος τῶ Ἀριστομήδεος ἡμί.

A dextra lapis inventus *Drimu* (Cypri) inter urbes veteres Solos et Paphon, nunc Londini in museo Britannico, saepe editus. *Sammlung griech. Dialektinschr.* I n. 26. Lectio dubia.

3. Tituli Therae supra epheborum gymnasium in rupe incisi. Effodit F. Hiller de Gaertringen a. 1896 ediditque IG XII 3, 538. 539 et Suppl. 1411. 1412. Imagines photographicas fecit a. 1903 A. du Bois-Reymond (cf. Hiller *Thera* III 1904 tab. 9). Titulus 538 ut sequentes litteris antiquissimis conscriptus (infra repetitus): Ἰσοκάρθυς? Ἀμοτίωνα ὦιπ(h)ε Κρίμων τε(ῖ)δ[ε]. Cf. titulos Theraeos 536. 537. 540 alios. A dextero latere incisum est nomen Κhάρων (IG 1410); quae in margine vides pertinent ad n. 537. Sub imagine dubia testudinis:

Εὔπονος ὦι|πh[ε?]
Πασίοϙhος
Εὔαισϙρος
Κρησίλας

In vicinia nominis Euponi litterae ΔΥϕ apparent quas Hiller ϙῦδ[ρος] acute supplevit; a sinistra prope marginem Ἐνπεδοκλῆ[ς] (n. 570).

De litteratura Theraea cf. praeter A. Kirchhoffii et Hilleri libros notissimos P. Kretschmer *Athen. Mitteil.* XXI 1896 p. 410 et F. Wiedemann *Klio* VIII 1908 p. 525 et IX 1909 p. 365

4. Tituli Melii antiquissimi. A sinistra parte columna Naniana clarissima, hodie asservata in museo Regio Berolinensi, ubi etiam tres alii tituli Melii (cf. tab. 5) a nobis hic propositi exstant. Columna marmoris Parii, a. 1,56; dm. sup. 0,31; inf. 0,24, sedecim striis ornata; litterae c. 0,025, versuum intervallum 0,03. IG XII 3, 1075. Cf. A. Elter *Rhein. Mus.* LXVI 1911 p. 212, 4.

A dextra supra n. 1130 (stela lapidis nigricantis, a. 0,68; l. 0,34; cr. 0,09; litteris a. 0,01); infra n. 1139 (stela eiusdem lapidis a. 0,60; l. 0,23; cr. 0,09; litteris 0,06). De litteratura Melia v. A. Kirchhoff *Studien* ⁴ p. 45. 66 ss; F. Wiedemann *Klio* VIII 1908 p. 525; IX 1909 p. 365.

5. A dextra parte titulus Melius IG XII 3, 1140 (stela lapidis calcarii nigricantis a. 0,66; l. 0,29; cr. 0,09); cf. tab. 4.

A sinistra tituli clarissimi Gortynii initium (D. Comparetti *Monumenti Antichi* III 1893 d. 103 ss). Cf. J. Kohler et Er. Ziebarth *Das Stadtrecht von Gortyn* 1912.

6. Supra titulus Naxius saeculi VII Deli inventus et asservatus (nostra in tabula non satis perspicuus). IG XII 5, 1425. Artificum graecorum inscriptionum antiquissima. V. 1 Εὐθυκαρτίδης lectio certa; cf. C. Robert ap. Pauly-Wissowa *Realencyclopaedie* VI p. 1506 et F. Hiller de Gaertringen *Athen. Mitteil.* XXXVI 1911 p. 283.

Infra a sinistra parte Asonis titulus Parius a. max. 0,39; l. 0,40; cr. 0,25. Litterae profundae a. c. 0,04—0,06. Paroeciae in ecclesia Ἅγιοι Ἀνάργυροι repertus nunc Pari in museo. IG XII 5, 252.

A dextra parte inscriptio sepulcralis Thasia saec. VI exeuntis ex ectypo C. Fredrichii expressa. Marmor album, fractum supra et infra, a. 0,38; l. 0,20; cr. c. 0,095; litterae a. 0,015. IG XII 8, 395. Nota v. 1 κ formam cursivam et v. 4 ἐπόhεσε.

7. A sinistra Aeacis Samii Polycratis patris statua marmorea a L. Curtio a. 1905 reperta et *Athen. Mitteil.* XXXI 1906 p. 151 ss. publici iuris facta. Litteraturae στοιχηδὸν dispositae exemplum antiquissimum esse videtur. Nachmanson *Histor. Griech. Inschr.* n. 6.

Αἰάκης ἀνέθηκεν
ὁ Βρύσωνος ⁝ ὃς τῇ
Ἥρῃ ⁝ τὴν σύλην ⁝ ἔ-
πρησεν ⁝ κατὰ τὴν
ἐπίστασιν.

A dextra parte Archermi basis conclamatissima Delia quae nunc Athenis conservatur in museo Nationali, quacum conferendus est titulus Parius IG XII 5, 147, ubi Hiller congessit quae memoria dignissima de Archermi titulo adhuc prolata sunt.

8. De lapide superiore Milesio cuius imaginem ut ederem plenam benigne mihi permisit Theodor Wiegand, communicavit mecum comiter haecce Albertus Rehm qui huius anni auctumno titulum in magno de Mileto opere I 3 n. 31a editurus est: 'Lapis quadratus, inventus a. 1905 in fundamentis porticus Delphinii Milesiorum, qui ante Miletum a Persis vastatam parieti alicui eiusdem delubri ita insertus erat, ut et supra et infra et ad sinistram lapides inscripti contigui essent. Continebat is paries fastos sacros; quae exstant, ad menses Artemisionem et Taureonem pertinere videntur. Altitudo 0,54 m.; lat. 2,26 (ex 1,855 litteris operta), crass. 0,24.' Versum 1 in imagine nostra non satis perspicuum Rehmius hoc modo supplevit:

[πρ]οδόρπια δίδοται ⁝ Δ[ιονυσίοι?]σιν ⁝ δύ[ο γ]υλλ[οὶ ---

Infra duo tituli Mycenarum scilicet lamina aenea l. 0,18; a. 0,09 saeculi ni fallimur sexti reperta in arce hodieque Athenis in museo Nationali asservata (IG IV 492) et vasis fictilis colore nigro affecti frustulum idque inventum in arce (IG IV 495). Titulum ultimum acu incisum esse memor esto.

9. Supra a sinistra parte epigramma Megaris repertum quinti a. Chr. saeculi ineuntis. Stela marmorea in duas partes fracta a. 0,26; l. 0,30; cr. 0,05. Litterarum altitudo 0,14—0,18, intervallum c. 0,04. Rubri coloris vestigia. Ed. A. Wilhelm *Athen. Mitteil.* XXXI 1906 p. 89 ss. Cf. B. Keil *Goett. Gel. Nachr.* 1906 p. 231 ss.

Iuxta titulum Megarensem intellectu sane difficilem cernitur tabula Corinthia fictilis picta sexti saeculi e tabellarum votivarum thesauro hausta qui a. 1879 prope Πέντε Σκοῦφι (dimidium fere horae ad meridiem versus ab Acrocorintho) repertus maxima e parte Berolini in museo Regio asservatur. Elegimus IG IV 224 quod e n. 222 supplevit Fraenkelius.

Infra lapis Salaminius a. 1895 ἐν Ἀμπελακίῳ τῆς Σαλαμῖνος a St. N. Dragume (*Athen. Mitteil.* XXII 1897 p. 52 ss) repertus hodieque conservatus Athenis in museo Nationali (a. 0,455; l. 0,79; cr. 0,07; litter. alt. 0,045—0,055) et ab U. de Wilamowitz-Moellendorff *Goett. Gel. Nachr.* 1897 p. 306 ss. (cf. eiusdem librum *Sappho und Simonides* p. 192 ss.) et Adolpho Wilhelm *Oesterr. Jahreshefte* II 1899 p. 227 ss. (cf. ibidem III 1900 p. 98 n. 6) egregie explicatus. Nachmanson *Histor. Griech. Inschr.* n. 12.

10. Supra lapis calcarius (ἀγριόπετρα) Camiri a Selivanowio repertus (a. 0,54; l. 0,27) nunc exstat Berolini in museo Regio. IG XII 1, 709 cf. p. 207.

Media in parte tabula aenea quinti a. Chr. saeculi a. 0,20, l. 0,38, inventa ad vicum Κουπριτζί non procul a Cierio, nunc asservata Athenis in museo Nationali. IG IX 2, 257. Cf. E. Preuner *Ein delphisches Weihgeschenk* 1900 p. 79; V. Costanzi *Rivista di filologia* XXIX 1900 p. 19. 21; H. Swoboda *Festschrift für Otto Hirschfeld* 1903 p. 320 (K. F. Hermann *Lehrbuch* III 1913 p. 228. 246 n. 3).

Infra vas Boeotium hodie asservatum Berolini in museo Regio ubi mihi ostendit qua est amicitia erga me Robertus Zahn, qui quae lingua vernacula sequuntur litteris mecum communicavit. Gratias igitur mecum agant lectores viro doctissimo qui ut vas hic primum ederetur benigne permisit. Titulum in margine foraminis exstantem nostrum in usum delineavit Maximilianus Luebke, ita ut hic cum operculi litteratura cursiva facillime possit comparari quod non sine fructu evasurum esse spero.

Dreifussvase aus dem griechischen Kunsthandel.

Berlin, Vas. Inv. 4859.

Erwähnt von Burrows and Ure, Kothons and vases of allied types, Journal of Hell. studies XXXI 1911 S. 76, 33 und S. 80, 64, nach meiner Mitteilung.

Höhe: 0,12 m.

Auf dem Rande, auf dem der Deckel aufruht, ist in mattroter Farbe auf Firnissgrund die Inschrift gemalt:

Πολυτιμίδας καλὸς Πανχότοε, καλὸ[ς] ναέ

Auf die Unterseite des Deckels ist in derselben Farbe, aber auf Thongrund und in ganz kursiven Zügen eine fast genaue Wiederholung geschrieben:

Πολυτιμίδας καλὸς Πανχότοε, καλός.

Die Schreibung αε *und* οε *für* αι *und* οι *scheint besonders Tanagra eigen zu sein. Vgl. Meister, Griech. Dialekte I S. 235 § 10 und S. 238 § 11; Thumb, Handbuch der griech. Dialekte S. 223 f. § 236, 7 b und c. Ferner wäre zu vergleichen die Schreibung* Αἔθρα *und* Κροῆσος *auf zweien, von derselben Hand stammenden rotfig. attischen Gefässen (Hauser bei Furtwängler-Reichhold, Griech. Vasenmalerei II S. 281), vielleicht eines tanagräischen Meisters (?), Kretschmer, Vaseninschriften S. 126 Nr. 108 und S. 129 Nr. 111.*

Die Inschrift vermehrt die geringe Zahl der uns erhaltenen böotischen Gefäße mit Liebesinschriften. Klein, Lieblingsnamen 2. Aufl. S. 53 und Journal of Hell. Stud. XXIX 1909 S. 315 f.

Zur Fassung wäre zu vergleichen:

Dorische Inschrift auf rotfig. attischem Skyphos, Klein, a. a. O. S. 129; Kretschmer, a. a. O. S. 79 Nr. 47:

Παντοξένα καλὰ Κορίν[θ]οι

ferner böotische Inschrift auf dem Gefässe in Berlin, Furtwängler 2116, wo ein Facsimile gegeben ist, Klein a. a. O. S. 53:

Rasur

Κλείεργος καλ[ὸς . . . . . δ]οκεῖ

schliesslich die Inschrift der schwarzfig. attischen Hydria in Paris, Klein, Meistersignaturen S. 50, 1 und Lieblingsinschriften S. 40, abgeb. Wiener Vorlegebl. 1889 Taf. V 3:

Τιμαγόρα ἐποίεσεν — Ἀνδοκίδες καλὸς δοκεῖ Τιμα[γ]όραι.

Ad titulos ultimos a R. Zahnio allatos confert Hiller scite vas Rhodium editum a T. L. Shear *Amer. Journ. Philol.* XXIX 1908 p. 461 cum tabula.

11. Tituli Arcadici. Supra columnae spondylus viginti olim striis ornatae, marmoris albi; pars dimidia desecta, superior defracta; a. 0,44, dm. 0,425. In latere inferiore litterae **A B Γ**. Undeviginti versus qui tituli caput et finem continebant, perierunt. Inventus Mantineae in βουλευτηρίῳ, nunc Tegeae (*Piali*) in museo. IG V 2, 261. Incipit hodie titulus versibus:

[- χρε̄?]σμο̄ τō ἀκο - -
[τὸς] ὁρκō̄μότας ⁝ αὐ - -
- ρ τἆλλα δαμόσι[α - -]
ν ἰν ϝοικίαι - - - - - -
5 - ονσι τοῖ χρε̄[σμοῖ? - -]
[- ϝ]έκαστον τὸν [ὁρκō̄μοτᾶν · ? -]

Etiam versus 18—20 qui in imagine nostra non satis apparent, hic exscripsi:

- ι τὸς φε[ὸ]γονταζ - - - δαρχμὰς ὀφλέν, τὸ]
[μὲ]ν ἕμισυ ἰν δᾱ[μον, τὸ δ' ἕμισυ τοῖ ἱεροῖ · εἰ δ' ὁ μὲν]
[δικάζ]ετοι, ὁ δ' ἀρνέ[τοι πὸτ τὰν δίκαν - - -][1]

Media in parte lapis a dextra et pone mutilus cui iudicium litteris στοιχηδὸν dispositis saec. quinti inscriptum est, repertus Mantineae prope forum, nunc *Piali* (Tegeae) in museo asservatus. A. 0,325; l. m. 0,85; cr. m. 0,695. In latere superiore statuae vestigia pergrandis. IG V 2, 262.

Infra octo pilae in pyramides desinentes Tegeae inventae nunc ibi in museo. IG V 2 p. 25. Antiquissima et ea marmoris albi a. 0,67, l. 0,105, cr. 0,09 Διὸς Στορπάο est (litterae saec. V a. Chr.) apud Hillerum n. 64, ceterae recentiores sunt. De Hermis arcadicis leguntur apud Pausaniam VIII 48, 6 haec: ἄγαλμα τετράγωνον· περισσῶς γὰρ δή τι τῷ σχήματι τούτῳ φαίνονταί μοι χαίρειν οἱ Ἀρκάδες, alia vide in Hilleri praefatione p. 25.

12. Supra Atheniensium decretum de Salamine sexti a. Chr. saeculi exeuntis. Stela marmoris Pentelici cuius de forma et aetate plura exposuit A. Wilhelm *Athen. Mitteil.* XXIII 1898

1 Supplevit Hiller collata symbola Stymphalia IG V 2, 357, 23: δκα δὲ ἀρνῆται πὸτ τὰν ἐχθό[δικ]ον δίκαν.

p. 466 ss. Litterae versuum 1—6 στοιχηδὸν dispositae. E. Nachmanson *Historische attische Inschriften* 1. Wilhelmium secuti cum hoc lapide aram Pisistrati minoris (527—510) composuimus, quae sicut decretum de Salaminiis hodie Athenis in museo Nationali asservatur. Cf. Wilhelm l. l. 473; Nachmanson l. l. 2. Conclamatissimus est locus Thucydideus ad Pisistrati titulum pertinens VI 54, 6: καὶ ἄλλοι τε αὐτῶν ἦρξαν τὴν ἐνιαύσιον Ἀθηναίοις ἀρχὴν καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἱππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱός, τοῦ πάππου ἔχων τοὔνομα, ὃς τῶν δώδεκα θεῶν βωμὸν τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἄρχων ἀνέθηκε καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Πυθίου. καὶ τῷ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ προσοικοδομήσας ὕστερον ὁ δῆμος Ἀθηναίων μεῖζον μῆκος τοῦ βωμοῦ ἠφάνισε τοὐπίγραμμα. τοῦ δ' ἐν Πυθίου ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν ἀμυδροῖς γράμμασι λέγον τάδε·

μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς Πεισίστρατος Ἱππίου υἱός
θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένει.

Infra basis Antenoris artificis clarissimi nunc Athenis in arcis museo asservata. IG I Suppl. 373, 91. Omnes de hoc titulo conscriptos libellos composuerunt accuratissime H. G. Lolling et P. Wolters *Κατάλογος τοῦ ἐν Ἀθήναις Ἐπιγραφικοῦ Μουσείου* I 1899 p. 42 n. 32; cf. A. Wilhelm l. l. p. 478.

13. Supra notissimus de Hecatompedo titulus Atheniensis de quo post Lollingium qui edidit *Ἀθηνᾶ* 1890 p. 631 ss. praeter alios egit A. Wilhelm *Athen. Mitteil.* XXIII 1898 p. 487 ss. qui eum anno 480 a. Chr. non multo antiquiorem esse testimoniis e litteratura petitis demonstravit, postquam iam Kirchhoffius IG Suppl. IV 1 p. 138 Lolliugio causis gravissimis oblocutus est. Saeculo sexto attribuerant Lolling, L. Ziehen alii quos ipse in tabula signanda secutus eram.

Infra ostracon Themistoclis repertum Athenis prope Areopagum nunc Athenis in museo Nationali quod edidit Rob. Zahn *Athen. Mitteil.* XXII 1897 p. 345 ss.; cf. A. Wilhelm ibidem XXIII 1898 p. 478; Dittenberger Sylloge I² 6; Nachmanson *Historische attische Inschriften* 5 c.

14. Stela marmoris Pentelici a. 0,30, l. 0,38, cr. 0,09 eruta a. 1897 Athenis ὑπὸ τὰς Μακρὰς πρὸς ἀνατολὰς τοῦ ὕδατος τῆς Κλεψύδρας. Decretum superius quod in antica parte stelae insculptum est inferiore (partis posticae) antiquius esse Pan. Kabbadias qui edidit *Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική* 1897 p. 176 ss. evicit.

15. Tabula marmoris Pentelici undique laesa eruta Athenis in Bacchi theatro nunc ibidem in museo Nationali, a. 1,00, l. 0,51. Supra anaglyphi reliquiae, in cuius dextra parte vir conspicitur sedens dextramque porrigens alteri viro coram adstanti et a cane comitato. IG I 40. Hoc in lapide (424 a. Chr.) occurrunt passim Ionicae litteraturae vestigia (velut vs. 41. 51); cf. Meisterhans-Schwyzer *Grammatik der attischen Inschriften*³ 1900 p. 2.

16. A. sinistra parte tabula marmorea Deli reperta, supra infraque fracta, a. 0,45, cr. 0,08. IG V 1, 1564. Cf. Dittenberger Sylloge I² 60. Nachmanson *Histor. Griech. Inschr.* n. 27.

A dextra parte marmor Pentelicum inventum Athenarum in arce, nunc ibidem in museo Nationali ex tribus fragmentis compositum. IG I 179a; cf. Dittenberger Sylloge I² 26; Nachmanson *Historische attische Inschriften* 12.

17. A sinistra parte tabula marmoris Pentelici, ornata aëtomate, Athenis in arce effossa, a. 0,40, l. 0,23. IG I 45; Dittenberger Sylloge I² 34; Nachmanson *Historische attische Inschriften* 15.

A dextra parte fragmentum tabulae marmoris Pentelici opisthographae c. 0,12, fractae a partibus sinistra et inferiore, erutum in arce. IG I 260; E. Nachmanson *Historische attische Inschriften* 16.

18. Tabula marmoris Pentelici, eruta Athenis in arce, a. 0,62, l. 0,28, cr. 0,10. IG I Suppl. p. 166 n. 62b et IG XII 8 p. 167; Dittenberger Sylloge I² 54; W. Janell, *Ausgewählte Inschriften* 20; Nachmanson *Historische attische Inschriften* 20.

19. Tabulae marmoreae anaglypho duarum dearum (Iunonis et Minervae) ornatae fragmenta quattuor Athenis in arce vel inter theatra Bacchi et Herodis inventa, nunc ibidem ante introitum musei arcis. Litterae a. 0,006; pro Α Ε Θ passim Λ Ϛ Ο (cf. A. Wilhelm *Beiträge zur griech. Inschriftkunde* p. 231 adn.). IG II 1, 1b (p. 393) et II 5 p. 1 ss. (II 1², 1); Dittenberger Sylloge I² 56 et 57; Nachmanson *Historische attische Inschriften* 22; ad litteraturam cf. imprimis A. Wilhelm l. l. p. 17. Psephismata huic lapidi inscripta annorum 405/4 et 403/2 sunt. Vs. 61 βιβλίον i. e. plebiscitum in tabulas publicas relatum (cf. Kirchner ad IG II 1² 1).

20. Supra fragmenta tria tabulae marmoris Pentelici eruta (a. 0,83, l. 0,41, cr. 0,04) Athenis in arce; nunc ibidem in museo Nationali. Litterae a. 0,012. IG II 1, 3 (II 1², 6); Dittenberger Sylloge I² 59; Nachmanson *Historische attische Inschriften* 24.

Infra terminus domus pigneratae in lapide caeruleo reperto in parietinis domus antiquae inter Areopagum et Pnycem detectae (*Athen. Mitteil.* XVII 1892 p. 92) IG II 5, 1116b. Litterae quarti a. Chr. saeculi.

21. Supra discus aeneus (dm. 0,19) quinti a. Chr. saeculi, Lusis Arcadiae repertus, nunc Berolini in museo Regio. IG V 2, 387.

Media in parte lamina aenea IV s. III a. Chr. saeculi (a. 0,08, l. olim 0,27) in multa frustula fracta, Lusis Arcadiae inventa, nunc Athenis in museo Nationali. IG V 2, 390.

Infra foederis Arcadum documentum saeculi quarti a. Chr. (Hiller) in Lycaei hippodromo repertum a. 1909 a Kuruniote, nunc Athenis in museo Nationali. IG V 2, 548. Versus 8. 9 ita se habent:

Οὔριο - -
Ἀπολ - -

In frustulo dextro inveniuntur litterae: ΙΤ
ΛΣΤ

22. Supra a sinistra frustula tria laminae aëtomate ornatae Lusis Arcadiae inventae, a. 0,22, l. 0,125. Litterae punctis elatis expressae; intra aëtoma urbis Amphissae (vs. 6) compendium quod primus editor A. Wilhelm acute detexit. IG V 2, 394. Μνασίλαος Εὐδαμίδα Ἀμφισσεύς a. 200/199 Delphis fuit testis: *Sammlung Griech. Dialekt-Inschr.* 2116 (Dittenberger Sylloge II² 845), quem attulit ad laminae aetatem definiendam Wilhelm (*Oesterr. Jahreshefte* IV 1901 p. 73).

A dextra stela Tegeae a. 1888 prope fanum Minervae reperta, quondam aëtomate ornata, infra fracta, a. m. 0,615, l. 0,565, cr. 0,155, nunc Tegeae (*Piali*) in museo. Litterae, quarum nonnullae morem produnt Ionicum, a. 0,01. IG V 2, 3. Legem ante foederis Arcadici tempora, i. e. circa a. 390 factam esse verisimile est.

Infra duae tesserae iudicum aeneae inventae Athenis (918) et Piraeei (900) in sepulcris asservantur nunc Berolini in museo Regio. IG II 2, 918 et 900. De signis appositis cf. in universum Koehler IG II p. 347.

23. Supra tabula marmoris Pentelici e nonnullis fragmentis frustulisque quantum potuit composita, superne anaglypho valde mutilo ornata, reperta Athenis, nunc ibidem in museo Nationali.

Litterae a. 0,008. IG II 1 p. 397. 423, II 5 p. 7 n. 14b (II 1², 28); Dittenberger Sylloge I² 73; Nachmanson *Histor. attische Inschr.* 28.

Infra tabula marmorea a parte inferiore fracta, a. 0,52; l. 0,38; cr. 0,10 ornata anaglypho ad maximam partem deleto, effossa Athenis in arce, nunc ibidem in museo Nationali. Litterae a. 0,006. IG II 1, 25 (II 1², 110); Dittenberger Sylloge I² 102; Nachmanson *Histor. attische Inschr.* 33.

24. Supra pars dextra baseos marmoris Pentelici reperta Athenis prope Olympieum ubi Pythium fuisse creditur. Inferior lapidis pars nostra in imagine deest. IG II 3, 1154; Dittenberger Sylloge I² 97; Nachmanson *Histor. attische Inschr.* 32.

Infra a sinistra Cercyraeorum stela marmorea anni 375 a. Chr., a. 2,61, l. 0,82—0,76, reperta Athenis in Ceramico. In parte superiore haud dubie pictura erat. E. Hoffmann Sylloge epigrammat. Graecor. n. 70. Cf. A. Conze *Die attischen Grabreliefs* III 1 tab. 305 n. 1470.

Altera stela eaque Atheniensis Berolini in museo Regio asservatur, a. 1,21, l. 0,40—0,43. *Archaeol. Anzeiger* 1903 p. 36 n. 24 (C. Watzinger).

25. Marmor Hymettium ὀπισθόγραφον (a. m. 0,42; l. m. 0,63; cr. 0,11; litter. a. 0,005, interv. 0,003) inventum Athenis a. 1908 in foro vetere, nunc in museo Nationali, editum a Georgio P. Oeconomo *Athen. Mitteil.* XXXV 1910 p. 274 ss. De lapidibus opisthographis cf. Larfeld *Handbuch der griech. Epigraphik* I p. 201.

26. A sinistra parte stela marmorea Sami inventa et asservata ibidem in museo, edita a Carolo Curtio *Inschriften und Studien zur Geschichte von Samos* Lübeck 1877 p. 10s. n. 6. Novae lectiones ap. U. Koehler *Athen. Mitteil.* VII 1882 p. 367ss; Michel *Recueil* n. 832. Partem exhibuit F. Bechtel *Sammlung griech. Dialektinschr.* III 2, n. 5702.

A dextra parte supra tabula marmoris Pentelici quarti a. Chr. saeculi medii a. 0,26, l. 0,16, cr. 0,10 inventa Athenarum in arce, nunc ibidem in museo Nationali. IG II 5, 4321. Cf. de novo genere scribendi compendiario quod detexit in hoc titulo singulari acumine Th. Gomperzius quae congessit Larfeld *Handbuch* I p. 410 et II p. 537ss.

A sinistra epistula Mnesiergi plumbo (a. 0,04, l. 0,07) inscripta, reperta in vico *Chaidari* prope Athenas, nunc Berolini in museo Regio. IG III 3 p. II; A. Wilhelm *Oesterr. Jahreshefte* VII 1904 p. 94ss.; cf. Guilelm. Croenert *Rhein. Mus.* LXV 1910 p. 157. Qua cum epistula conferenda est μολυβδίνῃ ἐπιστολῇ Olbiae reperta et ab Wilhelmio ibidem XII 1910 p. 118ss egregie tractata; cf. Croenert l. l. p. 158ss. Utraque epistula quarti a. Chr. saeculi est.

27. Supra stela marmoris subcaerulei a. 1,18; l. supra 0,32, infra 0,25; cr. 0,19. Litterae a. 0,02. Superne foramen ad rem dedicatoriam infigendam. Reperta Athenis in Amyni fano. Ed. A. Koerte *Athen. Mitteil.* XXI 1896 p. 295.

Media in parte stela marmoris Pentelici a. 1,02, l. 0,23—0,28, cr. 0,18 inventa Athenis in arce ad Parthenonem occidentem versus. IG II 5, 1426b; Dittenberger Sylloge II² 784.

Infra basis monumenti sepulcralis (vasis?) reperta a. 1901 prope Athenas nunc ibidem in museo Nationali. A. 0,257; dm. cylindri 0,429. Ed. Wilhelm *Beiträge zur griech. Inschriftenkunde* p. 40 n. 26.

28. Didascaliarum Atheniensium fragmenta duo tertii a. Chr. saeculi quae post alios edidit et commentario egregio instruxit A. Wilhelm *Urkunden dramat. Aufführungen in Athen* 1906 p. 38ss. A. 0,34, l. 0,19, cr. c. 0,11. Nota compendia et paragraphos nec non vs. 19 Εὐριπίδο.

29. A sinistra stela marmoris Pentelici a. 0,39; l. infra 0,20, alta 0,21; cr. 0,04 (litterae neglegenter incisae a. 0,006) reperta sub Athenarum arce ad occidentem versus. Ed. A. Koerte *Athen. Mitteil.* XXI 1896 p. 299ss.

A dextra parte stela marmoris Pentelici aëtomate ornata, a. 1,20; l. 0,36; cr. 0,07, e duobus fragmentis copulata repertis Athenis inter Bacchi theatrum et Herodis odeon, nunc ibidem in museo Nationali. Litterae a. 0,007. IG II 1 p. 424 n. 256b (II 1^2, 483); Dittenberger Sylloge II^2 489.

30. Fragmenta duo stelae marmoris Hymetti Athenis repertae optime editae ab A. Wilhelmio *Attische Urkunden I. Teil* (*Wiener Sitzungsberichte* 1911) p. 1ss. Supra IG II 1, 160, infra II 1, 184 (II 1^2, 236); cf. Dittenberger Sylloge I^2 149. 159 et p. 812; Nachmanson *Histor. attische Inschr.* 39. Litterae a. 0,005. Ad litteraturam cf. Wilhelm l. l. p. 9, qui nos mittit ad U. de Wilamowitz-Moellendorff *Timotheos Die Perser* p. 5s. Non iam dubito quin Wilhelmius rectius Koehlero Droysenio Nieseo aliis qui titulum anno 336 a. Chr. n. attribuerant hoc decretum iam anno 338/7 assignaverit. Quod autem paulo post lapidi incisum esse potest.

31. Supra dedicatio Alexandri Magni inscripta templi Minervae Prienensis antae meridionali. Litterae a. 0,05—0,055, versuum interv. 0,04. F. Hiller von Gaertringen *Inschriften von Priene* n. 156, qui etiam de litteratura bene egit. Nachmanson *Hist. Griech. Inschr.* n. 51.

Infra stelae Prienae prope gymnasium reperta quattuor fragmenta, nunc Berolini in museo Regio, m. a. 0,78; l. supra 0,82; m. cr. 0,24. Litterae a. 0,02; versuum interv. 0,015. *Inschriften von Priene* n. 5. Nachmanson *Histor. Griech. Inschr.* n. 55.

32. Supra a sinistra parte stela marmoris albi Nisyri reperta et in Ioannis Logothetae museum ibidem delata, m. a. 0,27; l. 0,26; cr. 0,06, a partibus superiore et inferiore fracta, a dextro atere laesa, litteris (a. 0,008) III. a. Chr. saeculi inscripta. Imago ex Hilleri ectypo facta. Versuum interv. 0,014. IG XII 3, 87.

A dextra stela sepulcralis tertii a. Chr. saeculi Therae in meridionali Σελλάδας clivo effossa, a. 0,73; l. 0,33—0,27; cr. 0,10—0,075. Litterae a. 0,016—0,03. H. Dragendorff *Thera* II p. 67 n. 25; IG XII 3, 851.

Infra a sinistra tabula lapidea saeculi III a. Chr. a dextro latere laesa, a. 0,25; l. 0,23, cr. 0,05 Amorgi (Arcesine) reperta nunc Athenis in museo Nationali. IG XII 7, 58; Dittenberger Sylloge II^2 828.

A dextra pars dimidia baseos rotundae marmoreae reperta Pergami a. 1908 (dm. c. 0,78; a. 0,21); in superficie statuae aëneae vestigia. Litterae a. c. 0,021; versuum interv. 0,04. Nota lineas super litteras incisas et litteram Ε super alterum Ε vocis Εὐμένης insculptam. Ed. H. Hepding *Athen. Mitteil.* XXXV 1910 p. 463 n. 45. Ad titulos Pergamenos cf. C. Paepckii dissertationem De Pergamenorum litteratura Rostochii 1906.

33. Supra stela marmorea in latere adverso, lateribus dextro et sinistro a diversis manibus inscripta (in latere superiore praeterea unum nomen et fibulae ferreae reliquiae), a. 1,00; l. 0,43; cr. 0,30, effossa Therae in gymnasio a Ptolemaeorum militibus usurpato. In latere adverso, quod solum expressimus, tres manus distinguendae sunt, una quae litteris elegantissimis Ptolemaei Philometoris epistulam, aliae quae militum nomina inciderunt, qua de re accuratoria apud Hillerum leguntur, qui in sinistro latere vs. 192 patris nomen a milite ipso litteris cursivis (ϹΩ) adiectum esse censet, quo ab homonymis discerneretur. Cf. ad tabulam n. 39. IG. XII 3, 327 et Suppl. p. 283; Dittenberger Orientis inscr. I 59.

Infra Ptolemaei Euergetae titulus, qui huius regis statuae aëneae subscriptus erat Thermi erutus et editus a G. Soteriade Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1905 p. 91.

34. Basis marmorea Thermi a G. Soteriade eruta. Titulus quem infra vides in parte antica insculptus et iam editus *Inschriften aus Magnesia am Maiandros* p. XIV n. LIV a et tum a Soteriade ipso Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1905 p. 83 ἀρ. 8 α. In latere dextero alter titulus insculptus est, editus l. l. p. 87 ἀρ. 8 δ. De litteratura et aetate titulorum cf. l. l. p. 84 ss.

35. Pars tabulae magnae marmoreae cum lapidibus Elginianis Teno Londinum in museum Britannicum transvectae, quam hic ex imagine photographica a musei Britannici custodibus nobis benigne missa exprimendam curavimus, quia haec tertii a. Chr. saeculi litteratura non sine fructu cum papyris eiusdem aetatis conferri potest. Qua in re Timothei quoque papyrus non neglegenda est. IG XII 5, 872 vs. 92—123 extremae partes.

Infra Artemidori Pergaei imago ab Hillero Therae in Artemidori τεμένει feliciter detecta: IG XII 3 Suppl. 1348. Cf. *Thera* III p. 89 ss. Sculptor nummorum exemplum secutus est.

36. Muri porticus forum versus occidentem cingentis Magnesiae ad Maeandrum effossi lapis cui Μαγνησίας κτίσις quam dicunt inscripta est, nunc Berolini in museo Regio. O. Kern *Inschriften von Magnesia* n. 17. De Magnesiae lapidum litteratura cf. eundem librum p. XXIX et quae de litterarum Magneticarum et Pergamenarum variis formis bene monuit C. Paepcke De Pergamenorum litteratura p. 32.

37. Tria frustula victorum Theseorum Athenis actorum catalogi, quae composuit A. Wilhelm *Athen. Mitteil.* XXX 1905 p. 213 ss. Litterae a. 0,007; versuum interv. 0,012—0,013; superscriptionis a. 0,001; vers. interv. 0,018.

38. Supra basis marmoris caerulei leucophaei Pergami in gymnasio eruta, a. 0,535, l. supra 0,856, infra 0,873, cr. 0,155 (litterae a. 0,055—0,060), aetatis imperatorum. Ed. Fraenkel *Inschriften von Pergamon* II n. 452.

Infra tabula marmorea a. 0,65, l. 0,31 (litterae a. 0,013; versuum interv. 0,04) Pergami a. 1902 inventa in gymnasio. Pertinet titulus ad Attali III aetatem. Ed. Br. Schroeder *Athen. Mitteil.* XXIX 1904 p. 152 ss.

39. Supra a sinistra stela marmoris Parii a. 0,58, l. c. 0,24, cr. 0,06 (litterae accurate incisae, quarum locos lineolis indicaverat lapicida, a. c. 0,018), effossa Therae a Dragendorffio in meridionalibus infra Selladam faucibus (*Thera* II p. 68 n. 27). IG XII 3, 835. Ἐπιτιμίδαν (nomen rarum) in mercenariorum catalogo (IG XII 3, 327, 134 [cf. tabulam nostram n. 33] exstare monuit Hiller apud Dragendorffium.

A dextra stela marmoris caerulei cymatiis carens, in duas fracta partes, a. 0,62, l. 0,33, cr. 0,065, Pari ab Erico Pernice reperta, nunc ibidem in museo. Litterarum altitudo valde variat (0,005—0,015). IG XII 5, 186 cf. 185.

Infra Herma cui caput seorsum impositum erat, inventa Megalopoli prope forum nunc ibidem in museo, a. 0,58, l. 0,34, cr. 0,23. IG V 2, 454. Commemorat Pausanias VIII 31, 7.

40. Chaeremonis Nysaei monumenti pars superior ex ectypo egregio Friderici Hiller de Gaertringen qui mecum invenit a. 1890 in vico *Aktsche* qui Nysae veteris ruderibus vicinus est.

Asservari nunc Constantinopoli in museo dicitur. Lapis ἀμυγδαλίτης est, a. 0,90, l. 0,58, cr. 0,22; litterae a. c. 0,015. Edd. Hiller et Th. Mommsen *Athen. Mitteil.* XVI 1891 p. 95 ss. cf. p. 441; Dittenberger Sylloge I² 328. Expressimus totius monumenti dedicationem post a. 84 a. Chr. factam vs. 1—2 et epistulam C. Cassii proconsulis Asiae (a. 88 a. Chr.) vs. 3—15 nec non Mithradatis regis priorem eiusdem anni vs. 16—26, omisimus Mithradatis litteras secundas, quas ab altera manu incisas esse Hiller censuit. Versus 11/3 Wilamowitzius et Hiller nunc ita proponunt: ἀπεκρίθη[ν κα]|λῶς [αὐ]τὸν πε[ποι]ηκέναι καὶ τάξει, ἐματόν τε ἀ[εὶ] | ἐργᾶσθαι, ὅπ[ως ἐ]πιγνῷ - - Cf. A. Wilhelm *Goett. Gel. Anz.* 1898, 215.

41. Tabula aenea (a. 0,447, l. infra 0,325; litterae a. 0,05) primi a. Chr. saeculi in vico hodierno *Gomerek* Cappadociae reperta asservatur Berolini in museo Regio. Litteraturae cursivae exemplum egregium. Ed. E. Curtius *Monatsber. Berl. Akad.* 1880 p. 646 s (*Gesammelte Abhandlungen* II p. 271 s. et 429 s.); Michel *Recueil* 546. De litteratura Curtius l. l. 429.

42. Supra Romae templi in Athenarum titulus dedicatorius non antiquior a. 27 a. Chr., lectus iam a Cyriaco Anconitensi, editus a Koehlero IG III 63. Vs. 1 ΚΑΙΣΑ in rasura.

Infra tria epistylii Cereris pronai fragmenta Pergami a. 1909 reperta posterioris secundi p. Chr. saeculi partis. Litterae vs. 1 a. 0,08—0,086, vs. 2 0,053. Nota praeter alia litterae E variam formam. Ed. H. Hepding *Athen. Mitteil.* XXXV 1910 p. 442 n. 25.

43. Tabula lapidis calcarii leucophaei subcaerulei e tredecim fragmentis Pergami in foro inferiore repertis a H. Thierschio composita a. 0,82, l. 1,05, cr. 0,05—0,085. Inferior tabulae pars hodie deest. Litterae a. 0,005 (in superscriptione 0,012); versuum interv. 0,005. Ed. hunc βασιλικὸν νόμον Traiani fere temporibus lapidi incisum Gualtherus Kolbe *Athen. Mitteil.* XXVII 1902 p. 57 ss.; Dittenberger Orientis inscr. II 483. Partem exhibuit F. Bleckmann *Griech. Inschrift. zur griech. Staatenkunde* n. 18. Cf. Δικαιώματα 1913 p. 40. 45.

Infra ara marmoris albi Pergami a. 1909 in Cereris fano reperta, in adversa et postica parte inscripta, a. 0,0675, l. 0,46, cr. 0,47. In adversa parte titulus θεοῖς ἁγι[ωτάτοις] dedicatus litteris 0,021—0,025 (versuum interv. 0,054), in postica alter omnibus ventis votus. Ed. H. Hepding *Athen. Mitteil.* XXXV 1910 p. 454 n. 39. Cf. *Hermes* XLVI 1911 p. 434; Deissmann *Paulus* 178; Ed. Norden *Agnostos Theos* p. 56 adn. 1.

44. Supra Plotinae et Hadriani filii epistulae quae exstant in tabula ex quattuor fragmentis Athenis et in Piraeo repertis ab A. Wilhelmio composita. Nota ἔκθεσιν in epistularum initiis factam et confer lapidem Magneticum tab. 36. Ed. A. Wilhelm *Oesterr. Jahresh.* II 1899 p. 270 ss.

Infra inferior pars tabulae marmoreae in Piraeo inventa primumque a Carolo Curtio edita (neglecta in IG) et fragmento Teni in ecclesia Σταυροδάκη reperto ab A. Wilhelmio *Oesterr. Jahreshefte* XII 1909 p. 146 ss. suppleta, cuius litteratura bene cum lapide superiore conferri potest.

Ultimi versus frustulo Tenio aucti ita se habent:

βούλομαι ἢ ἔνδειξιν αὐτῶν γείνεσθαι πρ[ὸς τ]ὸν κ[ή]ρυκα τῆς ἐξ Ἀ-
ρείου πάγου βουλῆς. τὸν δὲ εἰσάγειν εἰς το[ὺς Ἀ]ρεοπαγείτας, τοὺς δὲ
τειμᾶν ὅτι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτεῖσαι· πιπρασκέ[τω]σαν δὲ πάντα ἢ αὐτοὶ οἱ
10 κομίζοντες ἢ οἱ πρῶτοι παρ' αὐτῶν ὠνού[με]νοι· τὸ δὲ καὶ τρίτους ὠ-
νητὰς γεινομένους τῶν αὐτῶν ὠνίων με[τα]πιπράσκειν ἐπιτείνει
τὰς τειμάς. Ταύτην τὴν ἐπιστολὴν στήλῃ ἐ[γ]γράψαντες ἐν Πειραιεῖ
στήσατε πρὸ τοῦ δείγματος. Εὐτυχεῖτε.
Ἐπιμελητεύοντος τῆς πόλεως Τ. Ἰουλίου Ἡρωδιαν[οῦ] Κολλυτέως.

45. Supra sella ἱερέως Διονύσου Ἐλευθερέως e marmore Pentelico facta Athenis in Bacchi theatro in cunei medii primo ordine effossa ibidemque asservata. IG III 240.

Media in parte statuae basis marmoris nigri (Eleusinii) in duas partes fracta, a. 0,248, l. 0,75, cr. 0,80, reperta Athenis in theatro Bacchi. Litterae a. 0,045. IG III 949; cf. Ioa. de Prott *Athen. Mitteil.* XXVII 1902 p. 296.

Infra Sophoclis paeanis in Aesculapium reliquiae miserrimae effossae Athenis in Asclepieo. Frustulorum maximum a. 0,18; l. 0,41. A. Wilhelm *Beiträge zur griech. Inschriftenk.* p. 102 n. 87. Cf. U. de Wilamowitz-Moellendorff *Nordionische Steine* (*Abh. Ak. Berl.* 1909) p. 37 sqq.

46. Basis cylindrata cuius cymatia superum et inferum quondam seorsum exsculpta perierunt, marmoris maculati ab Hillero Therae 1899 prope forum effossa, dm. infera 0,68, supera 0,65; a. 0,77. Litterae eleganter incisae a. 0,028—0,045. H et H promiscue usurpantur (cf. E et E tab. 42). Titulum ob ligaturas et compendia nec non ob Γ initiale vs. 9 ex Hilleri ectypo expressimus. IG XII 3 Suppl. 1396; cf. Hiller *Thera* III p. 134.

Infra a sinistra Alcamenis Mercurius Pergami saeculo secundo p. Chr. factus, ibidem a. 1903 repertus, nunc Constantinopoli in museo. A. 1,19; l. c. 0,32; cr. 0,29. Litterae a. vs. 1—3: 0,022; vs. 4—5: 0,026; versuum interv. 0,02; inter v. 4 et 5: 0,085. Nota litterarum O et Ω varias formas: Ɔ et Y (de quo cf. C. Paepcke De Pergamenorum litteratura p. 29). Edd. W. Altmann et F. Winter *Athen. Mitteil.* XXIX 1904 p. 179 ss. et 208 ss., ubi citantur quae A. Conze et G. Loeschcke de artis monumento singulari monuerunt.

A dextra Hermae marmoris albi pulcherrimi reliquiae a. 0,64; l. 0,32; cr. 0,25 Athenis in museo Nationali editae ab A. Wilhelmio *Beiträge zur griech. Inschriftenk.* p. 99 n. 83. Θεόφιλος Παιανιεύς prytanis in catalogis a. 165/6—167/8 et 169/70—174/5 (IG III 1029_{18} et 1032_{29}). Βιβούλλιος Θεόφιλος IG III 1024 (a. 140—150).

47. Supra a sinistra basis marmoris Pentelici Athenis in Asclepieo effossa, a. 1,05, l. 0,36, cr. 0,47, ab A. Wilhelmio *Oesterr. Jahreshefte* III 1900 p. 93 ss edita cum alterius baseos imagine ad quam spectant vs. 5 et 9. Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος IG VII 1773, 7 (ποιητὴς προσοδίου), 23 (ποιητὴς καινῆς κωμῳδίας), 24 (ὑποκριτὴς καινῆς κωμῳδίας) mediae II saec. p. Chr. partis.

A dextra epheborum catalogi ann. 192/3 p. Chr. columna prima et alterius reliquiae, quae exstant in tabula marmorea (a. 1,71; l. 0,50; cr. 0,7) inaedificata olim Athenis ad ecclesiam S. Demetrii, nunc ibidem in museo Nationali. Altera monumenti pars Oxonii asservatur. IG III 1160a. Svoronos *Das Athener Nationalmuseum* tab. CX n. 1470. Cf. Dittenberger *Hermes* XII p. 11 adn. 2.

Infra basis (Hermae?) lapidis caerulei, cymatiis ornata, a. 0,515, l. 0,405, cr. 0,40, Therae ante Mercurii et Herculis antrum ab Hillero effossa. Litterae a. 0,022—0,033; versuum loci lineolis incisi sunt. IG XII 3, 524. De T. Fl. Clitosthene Claudiano multa apud Hillerum invenies; cf. etiam *Thera* III p. 129 et Groag *Oesterr. Jahreshefte* X 1907 p. 282 ss.

48. Supra a sinistra titulus saxo inscriptus in Athenarum arce prope Parthenonem ad septentrionem versus ab H. Heydemannio repertus. IG III 166; cf. W. Iudeich *Topographie von Athen* p. 218.

A dextra tabula ansata marmori albo (a. 0,52; l. 0,70; cr. 0,34) insculpta Athenis in museo Nationali. Litterae a. 0,026. Secundi vel tertii p. Chr. saeculi. A. Wilhelm *Beiträge zur griech. Inschriftenkunde* p. 101 n. 86.

Infra columna marmorea Iobaccharum acta tertii p. Chr. saeculi exhibens effossa Athenis in Baccheo prope Areopagum (Doerpfeld *Athen. Mitteil.* XIX 1894 p. 147 ss.). Nota puncta diacritica quae dicunt super litteras **I** et **Y** nonnunquam superscripta et lacunas singulas paragraphos indicantes. Versibus 55. 56 ineuntibus et 97. 98 exeuntibus magna littera **Z** adscripta est, quae non intelligitur. De Iota adscripto quae littera hoc in titulo nunquam posita est cf. Strabonem XIV 648 ad Anaxenoris basin Magnesiae ad Maeandrum in theatro repertam (*Inschriften von Magnesia* n. 129; E. Maass Orpheus p. 18 n. 1). Ed. Sam Wide *Athen. Mitteil.* XIX 1894 p. 248 ss. Cf. Maass Orpheus 1895 p. 16 ss.

49. Supra a sinistra ara marmorea a. 0,18, l. 0,13 Athenis in Baccheo (cf. ad tab. 48) reperta et ab Ioanne Schradero *Athen. Mitteil.* XXI 1896 p. 270, 1 edita.

